

plena virtutibus fovebat et cum
plenebatur spiritualiter ipsa an
te mulieres omnes scientie prece
lente: puto quod intelligit quod aiad
nent. Nam alie quidem partes gra
m meruerunt. ipsa autem plena
gra ab angelo salutata. **Hec an**
telus. Oratio. Illuc uirga uesse
florida et fructifera maia uir
go uirginissima. de qua uirgo ille
et singularis flos et fructus pro
ditur. in uirtutum spiritualium germen eru
pit: flos suauissimus emittens
odorem: fructus sapidissimus in
mitens dulcorem. flos cuius uoi
tas expellit mestitiam: fructus
cuius sacietas uenenam dat letitiam
Benedicta uirga de radice uesse:
uirtus et flos: quod de tali ra
dice ascendit. Benedicta arbor ben
dictus et arboris fructus. Tuo er
go flore me recrea: tuo fructu
ab omni miseria me libera: uirgo
maia in eternum benedicta. amen.

De receptioe iohannis bap^{te} Ca. iiii

Vit autem in di
ebus illis salz
in diebus hero
dis regis iudee.
sacerdos quidam
noie sachaias

de uice abia: et uxor eius noie

quantum ad obseruanciam ceremonialium:
sine quarela. quantum ad obseruanciam
iudicialium: quod pacifice se ad priori
mos habebant. Et non erat illis
filius propter sterilitatem: quod est causa
specialis mulieris. Ex quo apparet
deceptio percursoris miraculosa: quod
non fuit tantum per naturam: sed per
naturam gratia diuina adiuta. **T**
Iste herodes de parte ydumeo de
cendens fuit alienigena: et iam cep
trum ablatum fuit de iuda: et
ideo tempus aduentus christi instabat: quod
iacob patriarcha spiritu propheta sig
num aduentus christi predicant. qui reg
num iudee ad alienigenam translatum
esset dicens. Non auferet ceptrum
de iuda etc. **T** Et sciendum est hic
quod cum moyses unicum instituisse su
mum sacerdotem. cui mortuo unus per
ordinem succederet: dauid uolens im
plere cultum domus domini. de xxiiii fa
miliis quod descenderant ab aharone in
stituit uiginti quatuor sacerdotes: su
per quos tamen unus maior erat et su
mus omnium: quod dicebatur princeps sac
dotum. Instituit etiam ut uicissim mi
nistrantes per ebdomadam a sabbo
usque ad sabbatum tempore uias sue
singuli castissime student: nec
interim in domum ipsam intraret:
sed in domunculis circa templum

msw. 08/11

alte Nr. 352.

Calixtus, G. mit

Samelband mit insges. 67 Disputationen
philosophischen Inhalts, darunter auch
einige mathematische.

Herman. Comringus

c. 13. 17. c. XL.

F. III. 6.

37
DISPUTATIONVM LOGICARVM
SECUNDA
DE ENUNCIATIONE
EIVS PRINCIPIIS
ET
SPECIEBVS

CVIVS THESES
D. F. G.

IN INCLVTA ACAD. IVLIA
HELMAESTADI SAXONVM

PRAESIDE

M. GEORGIO RADIGINIO
E DVCATV SLESVICENSI

ΚΑΔΔΥΝΑΜΙΝ

PROPVGNABIT

HIERONYMVS PRÆPOSITVS
ELBINGAERODENSIS

AD DIEM XVI. AVG.

Loco destinato in ædib. Clar^{mi} LAURENTII
SCHEVRL SS. Theol. D. & Prof.

AVGVSTINVS.

*Disciplina disciplinarum, quam Dialecticam vocant, docet
docere, docet discere. In hac seipsam ratio sibi demonstrat, quæ
scit quid velit, quid valeat. Scit autem scire, vult sola scientes
facere: nec solum vult, sed etiam potest.*

HELMAESTADI
IAC. LVCIVS TYPOGR. ACAD. EXCVD.
ANNO MDCCVI.

DISPUTATIONVM LOGICARVM
SECVNDA

DE FINIVNCIATIONE
NE FIVS PRINCIPIS

ET
SPECIEBUS

CVIVS THESES

IN INCIPTA ACAD. IVLIA

HELMESTADI SAXONVM

M. GEORGIO RABIGINIO

E. DOCTO. S. S. S. S. S.

EXAMINIS

PROFVNARI

HERONIMVS PROPOSITVS

ALBINGAE RODRIGVS

AD DIEM XVI. M. C.

Loco designato in ardio. Cl. M. I. A. V. R. N. T. I.

SCHVARTZ S. Theol. D. & Prof.

AVGVSTINVS

THEOPHILVS WISSEMANNS, prae. Th. M. I. C. in ardio. doct.
locus doct. doct. in ardio. M. I. A. V. R. N. T. I. doct. doct. doct.
locus doct. doct. doct. doct. doct. doct. doct. doct. doct. doct.
locus doct. doct. doct. doct. doct. doct. doct. doct. doct. doct.

HELMESTADI

IAC. LVCIVS. TYPOGR. ACAD. EXCVD.

Anno cl. 18 car.





DISPUTATIONVM LOGICARVM
SECUNDA.

THESIS I.

LOGICA, quum (vt eruditissimè inquit Thomas de Vio Caietanus) nihil aliud sit, quàm ars actuum rationis directiua, ordinatur ad ipsum rationis opus vt ipsum finem, ita quòd Logici negocij intentio primaria est, reddere operationes rationis rectas faciliter & promptè, sicut finis artis cuiusq; est, rectitudinem in operationibus suis ponere faciliter & promptè: operationes autem rationis cum tres sint, scilicet Simplex apprehensio, (hanc tamen Logica non perficit) Compositio & diuisio, & Discursus, tres quoq; esse partes Logicæ (potius, triplicem esse Logicæ doctrinam) necesse est, vt vnaquaq; operatio (verius, duæ posteriores) rectè exerceri possit.

In Præfat.
in Categ.

2. Harum operationum primam (Simplicem adprehensionem) vidimus, quomodo videlicet in Prædicamentis omnes simplices termini sint dispositi & ordinati secundum latitudinem & angustiam suam, vt ex inspectione hac generica, vis & adfectio earundem subiectiua & prædicatiua in propositionibus, quas sunt ingressuræ, nobis adpareat & innotescat. Consequens nunc est, vt cum Philosopho ad secundam mentis operationem, compositionem & diuisionem, siue enunciationem, pergamus.

3. De eâ ille hoc potissimum ordine. Primò, de eius principijs, nomine, verbo, oratione: secundò, de Speciebus, adfirmatione & negatione: & tertio, de eius adfectionibus siue proprietatibus pertractat. Nos cum eodem hac vice priora duo membra expendemus.

1. de Inter-
pr. c. 2.

c. 3.

4. *Nomen igitur (inquit) vox est ex instituto significans, omnis
expers temporis, cuius nulla pars quidquam declarat separatim;*

5. *Verbum autem id est, quod tempus adsignificat, cuius nulla
pars significat separatim, semperq; est nota eorum quæ de altero di-
cuntur.*

6. Et nomen & verbum duplex facit, aliud finitum; ali-
ud infinitum.

7. Nomen finitum est, quod sine præpositâ negatione ef-
fertur, & rem determinatam & certam ponit, vt, homo, al-
bum; Infinitum (*ὄνομα ἀόριστον*, & c. 1. de Interpr. c. 2.) quod
præfixam habet negationem, & de quocumq; siue existente
siue non existente dici potest, excepto eo quod sine præmissâ
negatione significat, vt, non homo, non album.

8. Verbum finitum est quod sine negatione effertur, &
actum aliquem certum ac determinatum indicat, vt, loqui-
tur, mouetur; Infinitum quod cum negatione profertur, &
de quocumq; siue existente siue non existente prædicari po-
test, vt, non loquitur, non mouetur.

9. Finitum & nomen & verbum aliquid significat, cum
imprimat intelligentiam in auditoris animo, vt determina-
tum aliquid, voce indicatum, concipiat, & in eo acquiescat
nihilq; aliud expectet, vt, homo, loquitur; Infinitum autem
& nomen & verbum rem incertam nominat, nihilq; in quo
mens auditoris acquiescere potest, relinquit, sed aures ad
aliud quod quiduis esse potest præter hoc cui additum est,
suspendit, cum non neget omnia; sed ponat aliquid, ipsam
videlicet *ἐπιπόρευτα*, siue, vt loquuntur, alietatem, licet nullam
certam Ideam exprimat, vt, non homo; non loquitur.

10. Et casus nominis & verbi, à nominibus & verbis dis-
criminantur, quia casus nominis coniunctus cum verbo non
constituit enunciationem.

11. Nomen, siue nomen propriè & simpliciter dictum,
voca-

vocamus nomen recti casus, quod verbo substantiuo præpo-
situm, verum aut falsum significat, vt, Tragelaphus est, Tra-
gelaphus non est.

12. Casus nominis est nomen obliqui casus, quod verbo
substantiuo additum nihil veri aut falsi significat, vt, Trage-
laphi, Tragelapho, Tragelaphum est, nihil certi significat.
Vnde hæc non propriè & simpliciter nomina, sed dumtaxat
casus nominis sunt.

13. Verbum, siue verbum propriè & simpliciter dictum,
est verbum præsentis temporis; Casus verbi, verbum præte-
riti aut futuri temporis.

14. Verba, coniuncta quidem cum subiectis, tamquam predica-
ta in propositione aliquâ, significant rem esse, atq; compositam notici-
am efficiunt in animo; seorsum verò sumta & prolata, hoc est, sine
Subiecto aliquo addito vel subaudito, non minus quàm nomina res
tantum seu actus simplices significant, eorumq; conceptum in animo
efficiunt, ac proinde sic sumta non differunt à nominibus significatio-
ne, nisi temporis: vt, currit, stat, legit, non magis adseuerant aliquid,
quàm homo aut animal, Cursus, status, lectio.

Zach. Vrsi.
de Ennuc.
c. 3.

15. Neg. verbum, esse, & non esse, verum aut falsum significat,
nisi ponatur loco prædicati in propositione, vt Deus est, Chimera non
est. Seorsum enim sumtum ne rem quidem aliquam, nedum verum
aut falsum, sed dumtaxat copulationem subiecti & prædicati signifi-
cat, quæ, sine ijs quæ copulantur, non potest intellegi. Verba igitur
sine nominibus equè ac nomina sine verbis nullam orationem con-
stituunt.

16. Ex simplicibus his modis ἐρμηνείας siue interpretatio-
nis complexa oritur interpretatio, vt est oratio siue λόγος,
quæ definitur ab Aristotele, φωνὴ σηματικὴ ἢ τῶν μερῶν πη ση-
μαντικὸν ἐστὶ κεχωρισμένον, ὡς φάσις, ἀλλ' ἔχ' ὡς κατὰ φάσις.

1. de Interp.
c. 4.

17. Differunt Oratio, & dictio seu Vocabulum. 1. Enim
Oratio est totum quod ex Vocabulis componitur; Vocabu-

la partes constituentes Orationem, sicut syllabæ sunt partes Vocabulorum, & literæ syllabarum. 2. Orationis partes significant aliquid; Vocabuli partes nihil seorsum. 3. Orationi competit verum aut falsum; Vocabulis non item.

18. Licet verò Oratio naturale Instrumentum sit ad manifestanda animi sensa, tamen non naturâ, sed ex instituto hominum significat, sicut Voces ex quibus est conformata. Ex placito enim seu Instituto loquentium componitur, & rebus indicandis adhibetur.

19. Duplex autem est Oratio ratione significationis: alia est ἀπίφρασις seu λόγος ἀπιφρατικός, Enunciatio, Adseueratio, seu Propositio; alia non est enunciatio.

1. de Inter. 20. Ἀπίφρασιν seu enunciationem definire cum Philo-
pr. c. 5. sopho possimus, quòd sit φωνὴ σημαντικὴ ὡς τὸ ὑπάρχειν, ἢ μὴ ὑπάρχειν, Oratio Indicatiua vnica & integra adfirmans vel negans aliquid de aliquo. hanc solam Logicus spectat.

21. Partes habet duas, Subiectum & Prædicatum; illud est de quo enunciatur aliquid; hoc verò quod enunciatur.

22. Oratio non enunciatiua est, quæ nec verum nec falsum significat, vt petitoria, vel optatiua. hanc Rhetori & Poëtæ Logicus relinquit.

23. Porrò ad species, siue ad diuisionem enunciationis quod attinet, ea primâ diuisione, quoad Substantiam eius & partes substantiales, diuiditur in Simplicem, & Coniunctam, seu, vt loquuntur, Categoricalam, & Hypotheticam.

24. Simplex siue Categoricala, est enunciatio quæ simpliciter aliquid esse, vel non esse significat, vt, Leo est animal.

25. Composita siue Coniuncta, quæ & Hypothetica vulgò, est in quâ plures simplices per coniunctionem aliquam coherent, vt, Leo & robur habet & astum.

26. Simplex alia est absoluta, siue vt vocant, de inesse; alia quæ modum habet additum, siue modalis.

27. Abso-

27. Absoluta seu de Inesse est, quæ ab omni modo libera simpliciter & absolutè prædicatum Subiecto inesse, vel non inesse enunciat, vt Leo est animal.

28. Modalis quæ prædicatum inesse aut non inesse suo Subiecto enunciat, non absolutè & simpliciter, sed cum vno quatuor horum modorum, Necessè est, Impossibile est, Possibile est, Contingit.

29. Absoluta seu de inesse iterum in binariam & trinariam subdiuiditur: illa est quæ duabus Vocibus nomine & Verbo constat, seu quæ tantùm habet subiectum & prædicatum, vt, Leo currit; hæc quæ ex tribus Vocibus, Verbo scilicet substantiuo, & duobus nominibus constituitur, vt, Leo est animosus.

30. Si accidat vt binaria sit, quæ Verbum substantiuum *est* habet enunciatio, tum illud vicem copulæ non fungitur, sed prædicati, diciturq; *est secundi adiecti*^a, cum aliàs *est tertio loco positum*, vel, vt loquuntur, *est tertij adiecti seu adiacentis* dicatur.

a. Vulgò
ita, non ta-
men vsque
adeo *angli-*
cos aut
verè.

31. Cum verò & nomen & Verbum, ex quibus enunciationem componi docuimus, duplex esse, nobis sit ostensum, finitum & infinitum, & hinc enunciatio in finitam, & infinitam diuiditur.

32. Finita est, quæ finitum & certum quid de Subiecto enunciat, vel cuius partes tam Subiectum quàm prædicatum termini sunt finiti, vt, homo est animal;

33. Infinita quæ infinitum & interminatum quid enunciat, seu cuius vel Subiectum, vel prædicatum, vel vtrumq; est terminus infinitus: Subiectum, vt, Non Socrates ambulat: prædicatum, vt, Socrates est non Iustus: vtrumque, vt, Non Socrates est non Iustus.

34. Habent autem infinitæ speciem negantium, licèt affirmant, sed incertum & interminatum, Vnde & infinitæ dicuntur.

A 4

35. Ratio-

35. Ratione qualitatis omnis enunciatio aut adfirmans est, aut negans: adfirmans est quæ aliquid de aliquo enunciat, siue, quæ prædicatum Subiecto tribuit; negans quæ aliquid ab aliquo enunciat, siue, quæ prædicatum à Subiecto remouet.

36. Cum autem quatuor tantum sint *σζυγίαι*, quibus dictiones simplices inuicem complicari possunt, vt inde Veritas & falsitas exsurgat. 1. Enim ea quæ sunt dicimus esse. 2. Ea quæ non sunt, non esse. 3. Ea quæ non sunt, esse. 4. Ea quæ sunt, non esse: ex primâ & secundâ combinatione oritur Veritas, ex tertiâ & quartâ falsitas. Cuilibet modo suus est oppositus, ita vt quod hic adfirmet, ille neget, vnde contradictio^b, quæ nihil aliud est quam mutua adfirmationis & negationis pugna, in quâ idem, ad idem, respectu eiusdem, non homonymice opponitur, secus si fiat Contradictio non erit, cum illæ enunciationes simpliciter non sint vnæ, sed propter *επιωνυμίας* duæ, & diuersæ.

^b Oppositio inest enunciationibus propter qualitatem effectiualem. Vt fin. de E. nunc. c. 6

37. Secundum quantitatem, seu ratione Subiectorum, enunciationes ita diuiduntur. Nam Subiectum de quo aliquid enunciat duplex est, aut Vniuersale, aut singulare. Vniuersale quod de pluribus prædicari potest, vt, homo; Singulare quod non potest de pluribus enunciari, vt, Socrates. & hinc emanat enunciatio singularis. De Vniuersali verò Subiectio enunciatio fit duobus modis. Aut definitè, idq; vel Vniuersaliter, h. e. cum signo Vniuersali, eoq; aut adfirmatiuo aut negatiuo, vt, Omnis homo est animal, Nullus homo est lapis. & hinc enunciationes Vniuersales adfirmatiuæ & negatiuæ: vel restrictâ enunciatione suâ naturâ Vniuersali, seu particulariter, h. e. cum signo particulari adfirmatiuo vel negatiuo, vt, Quidam homo est doctus, Quidam homo non est doctus. & hinc enunciationes particulares adfirmatiuæ & negatiuæ. Aut indefinitè, h. e. nec Vniuersaliter nec

nec particulariter, siue sine signo Vniuersali aut particulari, vt an vniuersaliter an particulariter intelligi debeat enunciatio, dubitare queas, vt, homo est doctus. & hinc enunciationes indefinitæ.

38. Ex hoc discrimine Subiectorum, vt patet, species enunciationum quatuor existunt, Vniuersalis, Particularis, Indefinita, & Singularis.

39. Vniuersalis enunciatio est, quæ de Subiecto Vniuersali vniuersaliter aliquid aut adfirmat, aut negat, vt, Omnis temperans est Virtute præditus; Nullus luxui deditus est temperans. Signa Vniuersalia sunt, & quidem adfirmantia, Omnis, Quisquis, Quicumq;, Quilibet, Qui pro Quicumq;.

40. Particularis est, quæ Subiectum suâ naturâ (vt diximus) Vniuersale per signum particularitatem indicans restringit, deq; eo prædicatum vel ait vel negat, vt, Quidam homo est Mathematicus, Medicus, Quidam homo non est Musicus. Signa particularia sunt, Quidam, Aliquis, Nonnulli, Pleriq;, Multi, Reliqui.

41. Indefinita est, quæ de Subiecto Vniuersali aliquid adfirmat aut negat, sed sine omni signo, vt, an vniuersaliter, an particulariter (vt ostensum) accipi debeat, quis ambigere possit, vt, Homo est doctus, Homo non est doctus.

42. Discernas tamen (vt volunt) id facile, an videlicet vniuersaliter, an particulariter, Indefinita enunciatio intelligi debeat, si materiã ^c expendas: quæ si impossibilis, vel maximè necessaria sit, Vniuersaliter intelligetur enunciatio, vt, homo est animal, homo est lapis; sin verò contingens, particulariter, vt, homo est Musicus, homo est Medicus. c Cuius consideratio tamen non est huius loci.

43. Singularis est cuius Subiectum est singulare seu Individuum, vt Aristides est Iustus, Alexander est fortis.

44. Et Signa hæc, & ¹⁰⁰ *moderantia* siue æquipollentiam signorum considerare quidem potest Logicus, sed ita ne neget

primariò eam considerationem Grammatici esse. Iubet nihilominus Logicus ne signum prædicato adponas, sed Subiecto. aliàs enim falsam interdum formes enunciationem, interdum nugacem & absurdam: falsam, vt, equus est omne animal; nugacem & absurdam, vt, rationale est omnis homo.

45. Diuiditur quoq; enunciatio in veram & falsam, necessariam & contingentem. Sed hæ materiae sunt adfectiones, igitur nobis, qui hætenus tantùm formam spectamus, nondum vsque adeò curæ. Possunt tamen, quia vtilis, notari.

46. Demùm enunciationes nos hîc accipimus naturales & proprias. Nam quæ præter naturam sunt, quando videlicet id prædicatur, quod extra mentem subest; & subijcitur id quod extra mentem inest: & quæ impropriae seu figuratae sunt, quorum videlicet modus prædicandi non cadit in aliquem modum, quinq; prædicabilium, propriè non esse Logicas, arbitramur.



QVAESTIONES.

I.

Vtrum vox materia sit orationis, & partium eius, an genus?

II.

Vtrum pars propositionis sit propositio?

III.

Vtrum enunciatio mentalis sit ex pluribus conceptibus composita?

An

IV.

An Tropus in enunciatione figuratâ sit in totâ enunciatione, an verò in aliquâ partium?

V.

An subalternæ enunciationes sint oppositæ?

VI.

An AEquipollentia inter accidentiâ enunciati, quemadmodum Oppositio & Conuersio, sit numeranda?

VII.

Vtrum Contingens sit Contingens quando est, vel quando non est?

VIII.

Vtrum aliqua propositio singularis existens in materiâ contingenti, de futuro sit determinatè vera?

IX.

Vtrum omnis enunciatio sit vera vel falsa, adfirmatiua vel negatiua?

F I N I S.



Ad or-



Ad ornat^{mum} & doct^{mum} iuuenem,
HIERONYMVM PRAEPOSITVM
ELBINGERODENSEM, POPVLA-
rem & amicum car^{mum}.



*Artia paulisper iam tympana & arma quiescunt,
Et tuba Pallady's aspera voce viris:
Musarum antennis paullatim flabra susurrant,
IULIA, quid tardas pandere vela, soror?
Hic, quæ tota patet, domus hæc tua, Apolline clara
Dum stetit, his terræ præstitit illa plagis
Roma quod Ausonijs, quod Athenæ, hoc nomine, Graijs:
Hæ Phæbo hospitium, nec minus illa, dabant;
At tu defendis vel in ipso turbine Martis,
Et Phæbum & Musas, exulibusq; faues.
Hinc te protexit superum pater; & tibi, virgo,
Pro iaculo atq; armis cor animusq; fuit.
Laudibus his esto mactæ, ô HIERONYME, vela
Pandere quod tentas, dum maris ira filet.
Ipse gubernator puppis RADIGINIVS, æquor
Quo duce nunc iteras, sedulus arte sua est.
Sic Logico lassas dum pergis ducere palmas
Rore, quies senij & portus amœnus adest!*

Paulus Michaël Blancken-
burgensis.

94 A 7363

ULB Halle 3
002 826 550



5b.

V47

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
Campus in Berlin-Potsdam
Via Lorenzenstr. 13/14



visibile voluit ex uirgine sumere: con-
grue debuit corporali specie apparere
formavit autem angelus corpus
sibi lucidum: quod secundum Augustinum facie
rutilans et veste choruscans uir-
gini apparuit. Conuenienter uero
uirgini annuntiatur incarnatio uerbi:
ut scilicet prius ipsum inciperet men-
te quam carne. **M**utans ergo
angelus nomen eue. dicit uirgini
aue: indicans eam ab omni ve-
beram. **Q**ue bene gratia plena di-
citur: quod alijs ad mensuram gratia
datur: hec autem sola gratia
quam nulla alia meruerit conse-
cuta est: ut gratie impleretur
auctore. **Q**ue cum gratia plena sit.
prius etiam quam concipiat: post concep-
tionem quantum dei habundat gratia
quis cogitare possit? **U**nus ieronimus
Et bene plena: quod ceteris per partes
prestatur gratia: maiore uero simul
se totam infudit gratie plenitudo:
bene gratia plena: per quam largo sancti
spiritus umbra perfusa est omnis
creatura. **Q**ue celis dedit gloriam.
terris deum pacemque refudit: fidei
gentibus finem uicibus: uite ordinem.
moribus disciplinam. **D**icitur
quoque ei dominus tecum. scilicet sit in uen-
tre. qui tecum est in animo: adimplet
ventrem. qui adimplet mentem.

quod et si tota saluatio angelus in se
uirgini gratissima: ista tamen clausula
dominus tecum potissime eam delectat
ideo singulari deuotione dicitur de eam
Licet enim iam eam in uirgine: non enim
tamen misit nuncium: quod modo singulari uo-
luit esse secum. **H**ec etiam sola per
omnes mulieres et super omnes mu-
lieres benedicta predicatur. **C**um
mulier subiaceret maledictioni dei
ut legis: nam corrupta subiaceret ma-
ledictioni dei quod ait **In dolo** par-
tes: uirgo maledictioni legis non
erat. **maledicta sterilis**: sed inania
utrumque maledictum uitauit: maledic-
tionem dei. quod uirgo promissit: maledic-
tionem legis: quod filium habuit. **U**nde
ipsa primicia uirginum dum primo
uiginitate sua de obtulit. **maledic-
tionem legis aboleuit**: et merito benedicta
dicitur: per quam mundus a maledic-
tione liberatur. **E**t notandum
quod super hac saluationem nunquam ho-
mo uenire ualebit: nec alius
excellens dulcis et gratiosus uirginum
uigine saluare potest: quam dicitur sa-
luatioem quam ipse deus per dicitur
et per angelum ei destinauit. **In** uir-
gine singulis dulcissima implen-
tur mysteria. **N**am deus per eam
sua omnipotentia confirmat: ut
esset inuis ab omni uerbo
tunc uirginum que filia



37

NUM LOGICARVM
CVNDA
NCIATIO=
PRINCIPIIS
ET
CIEBVS
S THESES
F. G.
A ACAD. IVLIA
TADI SAXONVM
AESIDE
O RADIGINIO
V SLESVICENSI
DYNAMIN
VGNABIT
VS PRÆPOSITVS
GAERODENSIS
EM XVI. AVG.
edib. Clarmi LAURENTII
S. Theol. D. & Prof.
GVSTINVS.
*n, quam Dialecticam vocant, docet
ic seipsam ratio sibi demonstrat, que
t. Scit autem scire, vult sola scientes
etiam potest.*
MAESTADI
YPOGR. ACAD. EXCVD.
c1o 1o cvi.

